



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

Comitis † titulo à Cæsare insignitus. \* Mor- *Creatur Co-*  
tuus demum Moguntia, † ubi ad S. Albanum *mes.*  
sepultus. Successit huic filius ejusdem no- *\* MLV.*  
minis cognomento Salius seu Saltator † di- *Moguntia*  
ctus, sub cujus Vicedominatu Sigefridus *moritur.*  
urbem muro cinxit, (a) \* † turribus in cir- *Successit fili-*  
cuitu positis, cum antea munimenti anti- *us dictus*  
quissimo (b) genere, sepibus, & incisus arbori- *Saltator.*  
bus se tutasset.

\* Hoc tempore Cæsar Henricus IV. VII. *VII.*  
(c) decimarum † in Thuringia cupidinem in *\* MLXVII.*  
Electore Sigefrido succenderat, non tam *Erfordia*  
amore sedis, quam ut divortii, quod cum *primò muro*  
uxore Bertha meditabatur, patronum ha- *cingitur à*  
beret. Cogitaret, ait, quam in immenso *Sigefrido E-*  
spicarum mari omnis Thuringia fluctuet, *lectore.*  
harum decimas ex ipsius Dei legibus aræ *\* MLXIX.*  
Moguntinae deberi, nec videre se, quò li- *Sigefridus*  
bertas illa Thuringia spectare debeat, quod *infeliciter*  
sola inter Christianos decimas neget: non *decimæ xi-*  
esse quod derivatam à majoribus immuni- *git à Cæsare*  
tatem prætendat, sœcordiæ non juri impu- *instigatus.*  
tandam. Nullam temporis longævitatem  
à Dei mandatis eximere, cumq; hæc fan-  
ctissimis legibus niterentur, ne dubitaret  
, & Elector, se Cæsarem juris executorem fu-  
turum. Unum duntaxat vicissim rogare: *Cæsaris*  
† Habere se molestam thori sociam in om- *hanc in rem*  
nibus adversam, displicere in ea mores, ge- *cum Sigefri-*  
nium, *do factus.*

B 3.

(a) Anon. Chron. Thuring. MS. Bibliothecæ Cæsareæ  
Vindobonensis.

(b) Fredegarius capite octuagesimo septimo.

(c) Rivander in Chronica Thuring. hoc anno, & MSpta Erfur-  
tensia.

genium, & omnia: affectare dominatum, nec unquam deesse verborum copiam, quam benevolæ correctioni opponat. Non posse Præsuli talium experti tædium exponi. Sat esse quod illam in nausea non in amore habeat. Cum hac divortium vellet, nosse autem Præsulem, quam superstitiosâ pertinaciâ Romæ matrimonia vinculentur, magnam insuper ibi Cæsaris invidiam, ut inde libertatem sperare non possit. Esse Sigefridum Germaniæ Metropolis ArchiEpiscopum, & Primatem, ad quid hæc nomina, si potestatem non tribuant? nec cuncta Romam deferenda, vellet Sigefridus approbare divortium, se vicissim effecturum, ut singulis decem annis universum Thuringiæ sudorem absque laboribus habeat. Placuit ArchiEpiscopo Cæsaris fœdus, sed cum verecundus Præsul turpitudinem divortii sustinere solus nollet, per plures rem agendam statuit, & in ultimam Septembris Synodum Moguntiaë indicit. Jam aderat fatalis matrimonii dies, & Henricus properabat ad concilium. Ecce fama rei pervenerat Romam. (a) Pontificis Alexandri secundi jussu † Petrus Damiani Moguntiam legatus adest, qui facinus inhiberet. Multum ille Sigefridum reprehendit, quod insolenti rei suam vellet auctoritatem addere: præterea cæsarem vehementer allocutus: *Pessimam rem esse à nomine Regio nedum Christiano abhorrentem*

*Petrus Damiani Pontificis Rom. Legatus improbat.*

(a) MSptm chronicon Petrense hoc anno.

rentem, quam moliretur, si non legibus moderari vellet, saltem famæ suæ parceret, per totum Orbem de-  
 fœdandæ, & ipsi Christianitati pessimo Regis Exem-  
 plo seducendæ: nunquam simplicia esse potentum flagi-  
 tia, cum publico scandalo subditos in eadem scelera  
 trahant. Verum si criminum ultor à Numine consti-  
 tutus, auctor eorum esse non erubesceret, se necessa-  
 rio vim Ecclesiasticam adhibiturum. Dedit se  
 Cæsar, ita tamen, ut tolerare potius vide-  
 retur, quam ferre, quod mutare non po-  
 tuit. Intermissa igitur decimarum ex-  
 actio, non spes. \* (a) Post annos quatuor †  
 ejusdem cupidinis scintillas in Electore  
 Cæsar resuscitat: pergeret Archiepisco-  
 pus debitas aræ suæ decimas, at quondam  
 cœpit, vindicare, affuturum se Vindi-  
 cem, & executorem, attamen expensarum  
 loco, partem Regiæ magnificentiæ dignam,  
 Cæsari Præsul conferret. Promovendæ  
 rei Synodus Erfurti cogitur, venit Cæsar  
 & Moguntinus cum magno Sophistarum  
 numero, qui leges recitare, & pro occur-  
 rente utili torquere possent, ab altera una-  
 nimes erant Thuringi, proq; ijs † Fulden-  
 sis & Hirsfeldensis Abbates: latas enim ter-  
 ras hac in Provincia possident, quibus  
 commune periculum imminebat. Mo-  
 gutini postulata (quæ ipse Dei esse dixe-  
 rat) cum audivissent, fortiter pro liberta-  
 te loquuntur. † Transisse ea lege ad Christianos  
 hanc Provinciam, ne decimas solveret, agros & præ-  
 dia censibus hæreditariis gravata, insuper, si decimas

\*MLXXIII.  
 Denud Sig-  
 fridus deci-  
 mas exigit.

Opponunt se  
 cum Thuringi  
 Fulden-  
 sis & Hirs-  
 feldensis Ab-  
 bates.

Eorum or-  
 ratio.

B 4

petat

(a) Rivander hoc anno.

Responsio  
Sigefridi.

Cæsar ad  
astum re-  
currit.

petat, nil nisi laborem subditis mansurum. Cogitaret  
Præsul novam esse Provinciam, quam angit, quæ  
leni imperio melius quam exactionibus firmetur: tot  
habiturum subditos mutationem cupientes, quot offen-  
dit, cum autem decimæ feriant omnes, ad primum  
quemvis motum omnem provinciam rebellem fore. Hæc  
esse quæ ponderare salus publica exigat: nec enim se  
jam privatas Ecclesiarum suarum utilitates referre,  
Pontificiis etiam, & Cæsareis antecessorum privilegiis mu-  
nitas. Regare modo supplicem Thuringum, vellet E-  
lector ab interminato onere linqvere immunem. Of-  
fenderunt preces Sigefridum: † Antecesso-  
rum imperium cum morte finitum; habuerint delica-  
tè recenter conversos, atq; dulci cibo inescarint, ali-  
ud nunc tempus alios mores postulare: adolevisse jam  
in Ecclesia Thuringos, non lacte amplius sed solido ci-  
bo nutriendos. Ecclesiæ filios videre ex legibus Eccle-  
siæ debere, non sua se exigere, sed aris debita, nec  
adeo nova esse, quæ prætentuntur; nam Ottonem (a)  
Thuringiæ Margravium (fines usq; post hæc tem-  
pora Marchiones tutabantur) ante viginti  
jam annos unà cum fidelitatis juramento decimas pro-  
misisse. Cumq; ad hæc iterum Thuringi per  
Deum obtestarentur, ac provocare vel-  
lent ad Pontificem, callido consilio † pla-  
cuit metu Cæsaris, & spe transactionis  
proficiuæ Abbates ab incolis scindendos ef-  
se. Cessit consilium feliciter, quippe Cæ-  
sar per Deum jurabat, se in eum, qui pro-  
vocaret ad Papam, capitali sententiâ  
animadversurum, bona, prædia, villas  
strage pluribus sæculis non abolendâ dele-  
turum

(a) Rivaider ad annum MLXII. aliq;

turum, clam tamen Abbatibus, se rem ad æquum moderari velle, promisit. Fluxerunt in hac lite plures dies, & major erat utrimque pertinacia; sicut enim ira parium ita clericorum magis ~~subinde~~ fervet. Tandem † Hirsfeldensis Abbas suam causam æquitati Cæsaris submitit, resque sopita, ut Abbati in suis Ecclesiis duæ, Archi-Episcopo una tertia decimarum cederent, Dominicales autem Archi-Episcopi curtes ubicunque sitæ essent immunes. Restitit aliquot adhuc diebus Fuldenfis Abbas, sed tandem rei difficultate fractus dimidieta-tem decimarum ex fructibus suis promisit, salvâ Dominicalis curtis libertate. His Oratoribus privati ruricolæ non ultrâ resistere ausi se submiterunt. (a) \* Verum non diu durarunt † coacta Imperia, sed consilia, & vires ad novi oneris excussionem Thuringi contulerunt. Opportunè accidit Saxones Cæsari infensos esse, his Thuringi se jungunt, Moguntinum hac in Urbe morantem circumveniunt, secedere ex provincia, usque dum contra Cæsarem datis obsidibus juraret, prohibent. Pontificis ira animum addidit: mox bellum contra Cæsarem secutum est, ac licet Moguntinus Papæ, quem metuit, partes sequeretur, belli tamen occasionem amplectentes Thuringi decimarum præstationem interruperunt. Secutâ auctoritate

*† invicem  
Promissionem decimarum impetrat.*

\* MLXXIV.  
*Promissa rescinduntur.*

(a) MSptm. Erfurtense, & Chronica Thuringiæ hoc anno.

*Denuò exi-  
git Sigefri-  
dus.*

*Propterea  
fugatur.*

ritate Sigefridi pace, Moguntinus † iterum Erfordiae Synodum convocat, & decimas movet, ac cum iteratò peteret, Thuringos incendit, atque ut est iis animus, si metus absit, ferox, † Synodum armatâ manu solvunt. Secedit, vel fugit Archiepiscopus Heiligenstadium, ubi cum aliquamdiu mansisset, verbosâ sententiâ de injuria conquestus, Thuringiae Primate anathemate percutit, & Caesarem vindicem rogat, sed frustra; quippe mox fatale Henrico Schisma ortum, & ex eo turbæ, quæ totum Imperium quassantes ipsum Sigefridum cum Caesare colliserunt.

*VIII.  
Monasteri-  
um S. Petri  
fundatur.*

Ejusdem † Sigefridi auctoritate Wilhelmus Hirsaviensis Abbas (a) monasterium S. Petri erigit. Coetum Religiosorum sub legibus Sancti Benedicti ordinat, aliquamdiu Gieselberto Reinhartsbornensium Abbati commendat, postea vocatum ex Cluniacensi monasterio Ruggastum (b) Abbatem præficit. Coenobium eo ex amœnissimo colle Urbi imminet (c) in quo Merwigus † Thuringorum Rex exstruxit sepulchrum creditur. Cui Sacellum sancti Dionysii Rex Dagobertus junxerit. Ast cum hujus rudera, ipsumque Sacellum, intrâ Urbis territorium quidem, sed stadiis

*Castellum  
Merwigs-  
burg.*

(a) Trithemius in Chronico monasterii Hirsaviensis pag. 65. vide quæ supra ad Annum 637. scripsi.

(b) MS. Pretense.

(c) Chronica Thuringiæ & Erfordiæ vide supra Ann. 450.